

Band III., Nr. 622, Seite 89-90

Bischof Otto von Würzburg überlässt die Einkünfte der Pfarrei Bieringen dem das Patronatrecht daselbst besitzenden Kloster Schöntal unter Festsetzung der jährlichen Pfründe für einen dort zu haltenden ständigen Priester.

Ohne Ortsangabe, 1219. November 22.

C. In nomine sancte et individue trinitatis. Otto, dei gratia Herbipolensis episcopus. Infirmittatis humane fragilitas cum sit hebes, labilis et caduca, necessarium est, ea que apud mortales geruntur negotia, ne propter fluxa et diutina temporum curricula a labili hominum excidant memoria, tenaci scriptorum memorie commendare. Noverit igitur omnium fidelium tam presentium etas quam futurorum successiva posteritas, quod nos secundum officii nostri debitum, ex insinuatione dilecti nostri domini Richalmi abbatis et fratrum de Schonental, Cisterciensis ordinis, propria etiam consideratione certificati, quod idem monasterium Schonental^a videlicet, multimodis raptorum invasionibus et aliis quam plurimis angariarum pressuris, nisi maturo sublevaretur subsidio, subsistere non valeret, parrochiam in Biringen, cuius ad idem cenobium spectat ius patronatus, cum omnibus suis redditibus et proventibus, de universali maioris capituli nostri consensu, libere et absolute perpetuo duximus relinquendam; ita ut cunctis in posterum temporibus iam dicte parrochie redditus et proventus, cum omni sua integritate, ad idem cedant cenobium et ad fratrum necessitates libere deducantur, eo tamen salvo, quod per iam dictum abbatem et fratres suos sacerdoti, in eadem parrochia perpetuo divina officia celebraturo et residentiam debitam facturo, prebenda competens ordinetur, hec scilicet: omnes oblationes totius parrochie, omnes missales denarii, omnes proventus dotis, omnes decime minores, scilicet animalium, ortorum, pomeriorum, preterquam de bonis specialiter ad ipsam abbatiam spectantibus. Insuper de clauastro viginti maldra, decem scilicet siliginis, quinque spelte, quinque avene percipiet annuatim; presertim diocesiano et archidiacono iura sua salva in omnibus remanebunt. Ut autem predictorum veritas perpetua in posterum vigeat firmitate, nos presentem super ea cartam conscribi et sigilli nostri appensione fecimus communiri.

 Huius rei testes sunt: Otto maior et Novi Monasterii prepositus, Iringus decanus, Theodericus sancti Iohannis in Höge prepositus, Thegenhardus scolasticus, Heinricus custos, Fridericus cantor, Berno canonicus, Gerungus

^aB: *Schonental*.

II

de Enkersperge¹, Albertus de Zabelstein, Cunradus^b de Kulenberg², Fridericus de Grindelach, Gotefridus de Sweigere^c, Heinricus de Lapide³ et totum maioris Herbipolensis ecclesie capitulum.

 Acta sunt hec anno incarnationis dominice M^o. CC^o. XIX^o., X. kalendas Decembris, regnante gloriosissimo domino Friderico Romanorum rege^d Sicilie, episcopus nostri anno tercio decimo.

—

Von dieser Urkunde sind zwei beinahe buchstäblich gleichlautende Originale vorhanden, von denen eines (A) oben zugrunde gelegt ist.

 An dem zunächst zugrunde gelegten, etwas größeren hängt an roter und weißer, an der anderen (B) an grüner und roter Seidenschnur das braune, runde bischöfliche Wachssiegel. Siegelfigur: Der Bischof im Amtsschmuck mit Krummstab in der Rechten, offenem, nach außen gekehrten Buch, worauf PAX VOB. noch erkennbar, in der Linken, auf einem mit Hundsköpfen und -tätzen verzierten Stuhl mit Fussbank sitzend. Umschrift: + OTTO : DEI : GRaciA : WIRCEBVRGENSIS : ECCLesiE : EPiscopuS : (die E gerundet). Gleich mit dem an Urkunde Nr. 574 (WUB, Bd. III, S. 21) beschriebenen Siegel, nur mit breitem, erhöhtem Rande.

^bB: *Cu^onradius*.

^cBeide Urkunden *Sweige* mit allgemeinem Abkürzungszeichen über *ge*.

^dSo beide Urkunden. Es sollte *rege et rege* stehen.

¹Unermittelt, lag laut WUB wahrscheinlich in der Gegend von Ochsenfurt. Vgl. Enkersberg, Creglingen, TBB, W

²Nach Mitteilung von Dr. Henner in Würzburg ist Kulenberg, Kugenberg eine abgegangene Stammburg auf dem Kugelberg westlich von Aschaffenburg; Collenberg ist hingegen der Sitz eines anderen Geschlechts, dessen Mitglieder Ministerialen der Grafen von Rineck waren.

³Stein am Kocher ?

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 503 I U 245 und U 246

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Ausfertigung

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Otto I.; Bischof von Würzburg (1207-1223)

Ortsindex:

Aschaffenburg, AB
 Bieringen Wohnplatz (2646)
 Bieringen, Schöntal, KÜN
 Collenberg, MIL
 Enkersperge
 Großgründlach, Nürnberg, N
 Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)
 Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN
 Ochsenfurt, WÜ
 Rom, Latium, Italien
 Schweigern Wohnplatz (3687)
 Schweigern, Boxberg, TBB
 Stein am Kocher Wohnplatz (2141)
 Stein am Kocher, Neuenstadt am Kocher, HN
 Würzburg, WÜ
 Zabelstein, Michelau im Steigerwald, SW